

**Ioannes Ludovicus Prasch**

**‘Arminius’**

Tragoedia  
(1678)



Jan-Wilhelm Beck  
Institut für Klassische Philologie  
Lehrstuhl Lateinische Philologie  
Universität Regensburg  
Universitätsstraße 31  
93040 Regensburg  
August 2010

Argumentum  
*Ex Taciti Annal. lib. II cap. LXXXVIII*

Ceterum Arminius, abscedentibus Romanis et pulso Maroboduo, regnum affectans, libertatem popularium adversam habuit petitusque armis, cum varia fortuna certaret, dolo propinquorum cecidit; liberator haud dubie Germaniae et, qui non primordia populi Romani sicut alii reges ducesque, sed florentissimum imperium lacescierit, praeliis ambiguus, bello non victus. septem et triginta annos vitae, duodecim potentiae explevit caniturque adhuc barbaras apud gentes.

<Personae>

Nemesis  
Arminius  
Servus  
Sacerdos  
Oraculum  
Sesithacus  
Explorator  
Nuntius  
Segovistus  
Segimundus  
Christianus

Chorus Druidum

## Actus primus

### Nemesis

Nem. Regnare coelo numen, ardenti tuens  
E nube, quicquid audet humanus furor,  
Quicquid malorum civibus cives struunt,  
Altosque grandi spiritus dextra premi,  
Haec ipsa magno ostendet exemplo dies. 5  
Quis illa decora nescit, Arminium quibus  
Cumulavit aether ac prope aequavit sibi?  
Vix arma poterat ferre, vix longum puer  
Stringebat ensem, castra cum Latii sequens  
Et hostium artes hostium damno bibens 10  
Patrias cohortes rexit. adiecit statim  
Suos honores Roma, prudenti metu,  
Civemque blanda dixit auctumque annulo  
Et equo favere partibus monuit suis.  
Qua laude iuvenem Varus occisus manu, 15  
Dum iura saeva reddit armatis, ferat,  
Loquatur ingens acris Augusti dolor,  
Et Teutoburgi celebre testetur nemus.  
Tres fudit alas tresque legiones, super  
Senas cohortes. purpurat late solum 20  
Cruore et arma spiritu cassa aggerat.  
Suspensa patriis signa praefulgent diis  
Et fixa truncis ora nobilium ducum,  
Rhenique fine cohibet Italiam metus.  
Iamiam tenebat perfida captum manu 25  
Magnus Segestes, aequior Romae sacer,  
Vlturus etiam vincla Boiocali ducis;  
Verum soluto mox catenarum probro,  
Quod ipse tulerat, iussit auctorem pati.  
Hinc quam perito fascino Germanicum, 30  
Belli moram, vocavit in saltus nigros  
Mediosque casses! namque simulata fuga,  
Subito resistens et manum silva abditam  
Ciens, Latinos in fugam veram impulit.  
Negatur huic et terra: Romanae bibunt 35  
Aquilae paludem; missa quin secum retro  
Auxilia vertunt ac metu caeco obterunt.  
Quid haustum atroci clade Caecinam loquar,  
Cum se sub armis cingeret vallo irritus,

Cum victor amnes montibus celsis agens Obrueret hostem et figeret telis equos Ipsumque casus paene protereret ducem? Non alia palma maius Arminio decus Maestive plus laboris Ausonibus tulit; Omnisque poterat funditus legio rapi, Si rem liceret ire consilio Arminii.	40
Iam Cariovalda totque Batavi nobiles Caesi ad Visurgim totque superati inclyta Virtute casus, nonne semideum probant Delentque Bacchum? cessit extremo stupens Quirinus, arma nulla iam Drusus movet, Sed pugnat astu. quid diem verbis moror?	45
Vnum triumphis dum Latinis Teutona Opponit aether, vix satis constat fides Animusque fastis et Sibyllarum omni.	50
Aliis petita est Roma pubescens adhuc Et primi in aevi flore non adeo valens; Ast hic adultam masculis armis premit Docetque pacem et gentibus gentem gravem Mulctat mea vi. insuper Maroboduo	55
Pulso, tropaeum laudis immensae tulit; Qui nomini Italo, Caesari si qua est fides, Magis timendus Pyrrho et Antiocho fuit. Tanquam dedissent rebus hanc legem dii: Quemcunque metuit orbis, Arminius domet.	60
Haec iuvenis egit. vicit aetatem suam; Nihilque ferme iam reservatum polo est, Quod capere posset dives Arminii sinus. Omnes labores Herculis magni tulit Omnesque laurus; et deus iamiam audiet.	65
Dabit columnas huic quoque ambitio sacras; Id nempe solum restitit, postquam domi Se tam potentem sensit, ut tristi iugo Patriam implicaret, cuius imperium modo Defendit armis, sospes eiusdem fide.	70
Spernit vocari primus: et regis decus Nomenque sumit. parva me questam scias: Dominator optat Teutonum dici, modo Ductor Cheruscus. imminet Boreae plagae Et Occidentis. quae negat Tethys sola	75
Glessique puri dirimit Oceanus ferax, Spe iuncta poscit. hac via famam ampliat. Egregia vero fama, quam spondet scelus Et iuris aequi finis et patriae probrum. Quin et cruoris Teutoni fundit mare	80
	85

Rapidoque sequitur ense tutantes sua.  
Quos hostis haud deiecit, hos civis ferit;  
Sed non inultos. quippe tot noxas mihi,  
Dum stare sese culmine immoto putat,  
Iam morte pendet. quicquid alieno ferus  
Per bina lustra sanguine admisit mali,  
Proprio piabit, sceptrum cum Marobodui  
Artesque reddat, eius et casum exprimat.  
Nam sic ab ortu Teutonum primo solet,  
Sic astra volvunt, sic et annales legunt,  
Et ipse pugnis docuit Arminius frequens,  
Manere Tungros ferrei immunes iugi.  
Potest regi, servire gens haec non potest.  
Ibo et, figuram vatis Auriniae gerens,  
In praelium acre flammea Cattos manu  
Stimulabo et ipsa robur his addam recens.  
Ac prima cunctos, quos pius tinxit crux,  
Perdam; flagello consequar regem novum  
Stygiasque torto verbere ad sedes agam.  
Nece indecora, vulnere infando cadet.  
Exempla vecors sprevit, exemplum dabit.  
Durum est moveri pectus humanum: riget  
Chalybum metallo et rupe Caucasei iugi;  
Nec credit usquam vindicem scelerum dari,  
Sentire mavult. ergo quod flecti nequit,  
Frangatur; haec sunt iussa magnanimi Iovis.  
Sic cum Gigantas, impium Terrae genus,  
Coeum et Typhoea, tristis in superos furor  
Armaret et cum serpere auderent polo  
Per congregata montium Emathiae iuga,  
Disiecit altas fulmine intorto pater  
Ab axe moles; et, quod infanda manu  
Struxere, durum cessit in tumulum reis.  
Impune fastum barbarum nemo tulit.

## Chorus Druidum

- Cho. Quid habet vestis purpurea boni,  
Perdomitae quid titulus patriae  
Et violenti regni moles  
Horrida sensu fetaque monstros,  
Quod vulgo per tot discrimina  
Sanguine quaeritur in civili?  
Si victoribus avidis longam  
Dextro vitam sponderet Iove,  
Si perpetuo membra valentia,  
Stabilemque gradum pace perenni,  
Vix tanto tamen emerem pretio. 120
- Fallax est, hei nimium fallax  
Splendor eburni sceptri. pulcro  
Saepe dolet frons alta sub auro  
Et grave pondus sentit honoris.  
Etiam tremit armillata manus,  
Titubantque pedes solio positi. 125
- Quanto melius, vomere duro  
Implere manum vel sordentia  
Per rura graves ducere rastros,  
Quam gemmifera niti virga!  
Crede mihi neu crede superbis:  
Fers servitium laudibus ingens. 130
- Aulae fastum sperne. tumentia  
Qui vota domat, se regit ipsum;  
Qui se regit, est altus satrapes  
Et dominabitur Orci claustris.  
Illum nec Fors irata gradu 135
- Praecipitabit turbine Notio,  
Nec cura premet querulae plebis,  
Non invidiae spicula fellea.  
Exue capit is regalem notam,  
Armipotens o dux Teutoniae; 140
- Claram populo nec falle fidem.  
Cerne Diones sobolem, Caesara,  
Quem tot sicas curia gemuit  
Disclusum, tot Penthea plagis,  
Dum Iovis extat vice; quem Magni 145
- Marmore ducti pedibus ludens  
Subiecit manus Adrastiae.
- Propiora petis? dux Orgetorix  
Avidas sceptri palmas nodis  
Praebuit aeris, praebuit in se 150
- 155
- 160

Ferro ultori, patria mavis?  
Sidera tetigit rex Maroboduus  
Arce superbus; sed Cheruscis,  
Sed Catualdae cessit iuveni. 165  
Et Catualdam, duce Vibilio,  
Depulit ipsum vis Hermundura.  
Alium regni species fallat  
Densaque lectis pompa ministris,  
Celebrentur sub nomine regni  
Dulcis timor et pulcra pericula;  
Me nullo non tempore capiet  
Tuta quies, et numinis arae  
Et Pieridum regia, silvae. 170  
Italus Tyrio dormiat ostro,  
Auro coenet gemmaque bibat;  
Me frondosa sub quercu iuvet  
Aut impavidos ducere somnos  
Aut lac calathis sorbere novum 180  
Pomoque solum pingere agresti.  
Dum libertas accubet aurea,  
Quam virtutis conciliat honos,  
Subeam, proavis et Sylla duce,  
Humiles celsa mente penates  
Altaque levibus culmina tradam. 185  
Quid multis? aut Erebi virtus  
Aut virtutis Erebus regnum est.

## Actus secundus

Arminius, Servus

- |       |  |     |
|-------|--|-----|
| Ar.   | Non laude vana capior; agnosco tamen,<br>Debere gentem multa Teutonicam mihi<br>Et me favori plura constanti deum.<br>Posuistis alto, numina, Arminium loco.<br>Patriae salutem, gloriam, cultum novum<br>Voluistis esse munus ac meritum meum.<br>Quod nec catervis mille sectatus tulit<br>Rex Arioivistus, ut, retusa vi Itala,<br>Ad summa sese ferret invicto gradu,<br>Id nostra paullo sanguine invenit manus.<br>Hinc me tremiscit Roma, victrix gentium,<br>Hinc magna magnae pars adit Germaniae,<br>Dominum salutans. volvitur nutu meo<br>Visurgis, Albis. sub meis signis merent<br>Iuxta Cheruscos, firma queis sedit fides,<br>Gambriviique et Campsani, durum genus<br>Durisque natum fraxinisi, iamque ordines<br>Cathulci et hi, qui nomen Amisiae tenent.<br>Armis recepta magna Suevorum manus<br>Cum Langobardis, iussa finitimi Fosi<br>Et Dulgibini mente mansueta ferunt.<br>Me Boiohaemi regia haud nescit, mihi<br>Submittit ingens saltus Hercynius iuga,<br>Mea bipenni capita Gabretae tremunt.<br>Vnum negavit hactenus mundi arbiter. | 190 |
| Serv. | Quid censem addi posse fortunae tuae<br>Nisi pertinacis prosperum belli exitum?  | 200 |
| Ar.   | Belli, quod ardet, venit ad metam labor;<br>Aliud sed inde maius hoc pectus coquit.  | 205 |
| Serv. | Orbemne quaerunt vota virtuti novum?   |     |
| Ar.   | Transferre sedem belli in Ausoniam iubent.<br>Docenda Roma est, ipsius quid iam in solo<br>Teutonicus ensis possit et Cimbrae manus.<br>Licet parentem Thracium Martem ferat,<br>Strepere fano mota rursum ancilia,<br>Rursumque secum Alpina bellarunt iuga.  | 210 |
| Serv. | Opus ore tangis arduum, pulcrum tamen.   |     |
| Ar.   | Germano in armis arduum nullum est opus.<br>Docebit aevum, crede, quod veniet, capi  | 220 |
|       |  | 225 |

- Mavortiam urbem posse Vandalica manu.  
 Nec me id volentem deficit robur sequax,  
 Nec Rheno ab alto fallit ad Tiberim via. 230  
 Modo vita duret! faxo, Thumelicum meum  
 Meamque reddat Vmbra Thusneldam lupa  
 Ravenna; captae facinus obducam domus.  
 Vindelicus Istri praeiacet ripas ager,  
 Vbi castra Caesar alta Regini fovet. 235  
 Hinc ortus aurei Cynthii vates canit,  
 Ius atque nomen Caesarum nostrum fore,  
 Primumque doni memet auctorem notat.  
 En, unquam ab astris illa fulgebit dies?  
 Haec quippe sola causa me miserum facit, 240  
 Quod tanta tantae vota suspendunt morae  
 Celeremque Catti - fomes hi belli, hi duces -  
 Cursum refrenant. avidus Hesperiam sequi,  
 Tractare dextra cogor invita gemens  
 Domestica arma ac facere per cives viam. 245  
 Tuum, Hese, numen testor, Adgandestrium  
 His esse fontem rebus; hic scelerum caput.  
 Qui natus arvis sidere infausto meis,  
 Posuit Cherusco ferreum caeso annulum;  
 Qui me cicutae poculo et Colchis dolis - 250  
 Audita nunquam facta Germanis viris -  
 Quaesivit hosti prodere insontem Ausoni.  
 Et adhuc inultas sufferunt tantas dii  
 Noxas? et ipse cesso vi summa impium  
 Praevertere hostem et castra secura aggredi? 255  
 Ipsumque ferro metere pestiferum caput?  
 Age, vade, iuvenis, et sacerdotem voca,  
 Qui cespite aras ponat et faciat sacra  
 Luco propinquo. numinum pacem expetam  
 Donis opimis, antequam pugnae ultimae - 260  
 Sic spero - fortis miles accingar. vola.  
 Tu, fide famule, prisce bellorum comes,  
 Ad sacra proceres atque centenos cie  
 Templo virenti. nulla sit dictis mora.  
 Interea ab hoste ne quis insurgat metus, 265  
 Sagax fideles geminet excubias Tuder  
 Acuatque curas. haereant specula viri,  
 Partes in omnes providi. captet sonos  
 Affixa telluri auris et longe petat  
 Indicia motus. ambiat terror locum, 270  
 Faucesque et aditus impleat custos ferox.  
 Serv. Audita, veluti iussa divina, exequar.

## Arminius, Sacerdos, Oraculum

- Sa. Animose ductor, fare, quid poscas deos.  
 Ar. Cupio experiri maximo per te sacro  
     Deum favorem. namque iamdudum aggredi  
     Hostes vovendos omnibus nervis paro;  
     Sed, an voluntas coelitum addicat, latet. 275
- Sa. Id expedire solus Hermionum queo  
     Musa absoluta. non enim causas modo,  
     Natura rerum quas sequi in partu solet,  
     Motusque coeli, nomina astrorum omnia  
     Et, quae sinistros ars regat mores, scio;  
     Sed et recludo mente sollerti polum  
     Divumque pectus. signa, quae dant viscera  
     Humana, quae dat sanguinis caesi color,  
     Et monita per me clara dispensant dii. 280
- Mihi sudat arbor aureo visco sacro,  
     Cavaque queru numinum voces sonant.
- Ar. Dic ergo, vatum prime: quid fieri iubes?  
 Sa. Fonte expiari, comprimi torta caput 290
- Quercu. sacrorum nostis antiquum ordinem.  
     Huc, huc parumper flectite Eoo gradum,  
     Dum nemoris alti praesidem divum alloquor.  
     Mercuri, lumen deorum, Trismegiste callide,  
     Dic tuo famulo, quod orat, dic Olympi nuntio,  
     Quo licet modo latentem nosse sortem praelii? 295
- Praelii, quod acre Catto vir Cheruscus inferet?  
     Tene, rex, humana quaeret per cruorem victima?  
     An dabunt ostenta fida candidi fremitus equi?  
     An disertae signa vocis ipse mittes protinus?  
     Quam tui per nos iniri propitiandi vis viam?  
     En, ades sacroque ligno prome laeta oracula. 300
- Sic tibique Tanfanaeque flammeoque Lemnio  
     Hinc et hinc crepido Phoebi gemina tecum serviat.
- Or. Si mihi rite cadet iuvenis, qui sanguine clarus  
     Triginta annorum septenosque insuper orbes  
     Complerit, certo patriae bona pignore disces. 305
- Ar. Horrescit animus. mene responsum petit?  
     Ego macter? alium, spero, fors obses dabit.  
     Senex verende, iussa cum pateant poli,  
     Scrutare, si quis forte captorum hostium  
     Et genere et annis impleat sortem datam.  
     Ad castra iuvenum plena te citus refer. 310

- Sa. Non me tenebit longa rimantem mora.  
 Tu, famule, sacras interim mensas strue  
 Et fronde querna cinge. Vulcanus micet. 315
- Ar. Festi tremendi corde suspenso exitum  
 Opperior et, quem fata designent neci.  
 Te, sacra cuius septa et esculeum nemus  
 Meo ex labore saepe captivus cruar  
 Lustravit, oro, fortium praeses virum,  
 Invise regna nostra, Teutate inclyte,  
 Et haec salubri coepita consilio rege,  
 Si expers timoris semper in bello steti  
 Pro decore prisco et lucus hic ipse aerea  
 Pugnantem in alas Caesaris vidit manu. 320
- Quod si irrigatae poenitet lucis polum,  
 Da, cupio, mortem, mortis immuta genu.  
 Sed ecce, vates hostiam vinctam trahit  
 Et fluctuanti pectore errorem eximit. 325
- Sa. Tardata duco dona, quae sortes iubent.  
 Id restat unum, haurire vittatam hostiam  
 Mucrone, patera sanguinis sacri focum  
 Adolere, fibras ac futurorum notas  
 Inspicere, carmen canere votivum deo. 330
- Quid hoc? quis ille concutit terram tremor?  
 Cadit ara: munus reiicit tonitru polus.
- Or. Quem deduxisti iuvenem, nec sanguine fulget  
 Nec triginta annos septenosque insuper egit.  
 Parce cruore pio dextram maculare furentem. 335
- Sa. Gelidus per artus sudor exangues fluit,  
 Palmae tremiscunt, noxium pectus stupet  
 Nec, quem deus selegerit morti, invenit.
- Ar. Sic nos scelestia fraude, sic ipsos deos  
 Appetere es ausus? innocens Orco caput  
 Pro sorte damnas? Albim in exitium vocas? 340
- Sa. Admissa fateor, sed quibus veniam dares.  
 Omnem revolvens ordinem facti eloquar.  
 In castra postquam pertuli reducem gradum,  
 Minis subegi, quotquot in vinclis erant,  
 Dispungere annos, edere parentes suos. 345
- Aditi Chamavi, Bructeri, Catti viri.  
 Nemo est repertus infula dignus sacra.  
 Me cura subiit pectore ambiguo gravis.  
 Vt ille, Bacenis silva cui dat transitum  
 Aut Martiana, mugiens semper feris, 350
- Cum subita et alta condidit terram nive  
 Aquilonis axis abstulitque oculis viam,  
 Incertus haeret, qua premat tutum pedem

Fugiatque foveas, et neque emetiri iter Nec vertere audet: ipse sic amens steti. Forte hic ephebi, quo stupes, roseum decus Lumenque lustrans, filium appello deum. Abhorret ille nomen ac laudem deum.	360
Qua gente missus, queis sit imbutus sacris, Scitor. fatetur, gente se Syria editum, Damasci in urbe, florido palmis solo, Transisse nescio cuius ad Christi sacra; Ob idque pulsum sedibus patriis, larem	365
Posuisse Romae, principi fidum impio. Sed causa eadem, quod Deum Christum sciat Nec thura dederit iussa Tarpeio patri, Proiectum in huius senta regionis loca. Hic se ferinum per decem Lunas cavum	370
Habitasse, vulsis graminum radicibus Sorbisque pastum, belluas circum efferas,	375
Sed innocentes numine et tangi manu - Res facta - molles, donec indicio Tudri, Qua nuper acie fusa Cattorum cohors, Et ipse fuerit hospito excussus specu.	380
Sic ille. postquam sacra narrari audio Invisa cunctis, vana, dis penetralibus Adversa, morte crimen hoc solvi ratus, Traxi nocentem; iamque mersurus fui,	
Ni liberasset, quisquis est, Orco deus.	385
Ar. Rerum sacrarum te nimis cerno rudem. Quicunque Christus ille - certe par Deo est -, Inopi clienti exhibuit insignem fidem. Nec nostra iussa, quem dii relevant, prement.	
Abeat solitus, liber, hospitii capax.	390
At te, deorum rumpere, excusso metu, Qui iura monstras, offeram inferias Stygi. Nunc, sacra quoniam distulit vatis scelus, Contaminatam ac sordido effusam solo	
Linquamus aram, castra repetamus, viri.	395
Sanctum deus diesque consilium dabunt.	

## Chorus &lt;Druidum&gt;

- Cho. Falso coelicolas gens hominum vocat  
 Et Belum precibus lassat et hostiis,  
 Si puras operi non adhibet manus  
 Nec castos animos, casta dat oscula. 400
- Non aut vox melici limpida gutturis  
 Aut concepta iuvant carmina coelites,  
 Sed clausis oculum mentibus inserunt  
 Et, quo fonte cadant obvia, pervident.
- Si turgent humili pectore semina 405  
 Fecundi sceleris, si dolus abditus  
 Poenas innocuis excoquit et modos  
 Laedendi socium blanda per oscula,  
 Si nunc ambitio turbida, nunc viget  
 Auri foeda sitis, iam Venus impudens, 410
- Si, Nili facie, viscera proluit  
 Atro felle dolor pectoris invidi,  
 Irae si rabies saevit et omnibus  
 Venis intumuit Cerbereus furor  
 Aut horni Bromii dulcia toxica, 415
- Dispergunt Zephyri vota canentium.  
 Blandas impietas horrificat preces,  
 Et sordes animi lingua trahit levis.  
 Toto tunc gemitus reiicitur polo  
 Et surdis lapidum funditur auribus. 420
- Refert et, superos quae ratio colat.  
 Ignes sacrificis perpetuos focis  
 Accendunt alii thuraque mascula  
 Imponunt, Arabis divitias Sabae.
- Insterunt alii gramineum solum 425  
 Vasta caede boum, pendere debitas  
 Poenas solliciti sanguine non suo.  
 Germanos hominum ducere victimas,  
 Supremam Tarani laetitiam Scythae,
- Crudelis pietas et Stygius furor  
 Infando docuit more. calentia 430
- Caesis exta - nefas - hostibus eruunt.  
 Ex motu misero iam morientium  
 Ac venis tremulis omina colligunt.  
 Duri sanguineas sanguine praevio  
 Pugnas incipiunt, sanguine terminant.
- Hac Vari populus multus obit via,  
 Hac Iuni pedites; Scaurus id horruit.  
 Non soli tamen hoc crimine nobiles 435

Celtae. Graiugenас Aulide virginem	440
Accepi Triviam sanguine virginis	
Placasse. Aeacidae magnanimi sacrum	
Ad bustum cecidit sponsa Polyxena.	
Phoenices pariter regnaque Cnossia	
Et te, Romuleis aemula laudibus	445
Carthago, pueris falciferum senem	
Invitasse ferunt, parceret ut viris,	
Aetas quem nequuit flectere vagiens.	
Nec priscis Ital is est habitum nefas,	
Saturnum simili pascere sanguine	450
In ludis patriis aut Latio Iovi	
Votum luctificum reddere filios.	
Tantum religio prava docet mali.	
Felices animi, quos placidi regunt	
Mores et Genius sanctior imbuit	455
Pestes Herculeo robore tollere,	
Quae terram populant caedibus et dolis.	
Haec est religio, fallere neminem,	
Et sors, congeneri parcere sanguini.	

## Actus tertius

Arminius, Sesithacus

Ar.	Generose Martis pulle, quem curis meis Adhibere socium, cognitum meritis, amo: Quid summa belli, quid petat ratio mea Animique votum, mente proclivi accipe. Diffusus hostis ensibus propriis metu, Auxilia poscit Tencteros, orat sagax Equum novena millia, ut pollut equis, Et impetrat. sic nuntii certi ferunt. Id quam nocivum sit meae causae, vides. Nam pedite florens Cattus, alienum suis Si iungat equitem viribus, nostrae labant; Bellum novatur, regna in ancipiti mea. Ergo occupandum sic reor nascens malum. Atra fugata nocte, cum primum citus Albescet aether, crastinam lucem vocans, Hostis faventem partibus Masium meis In concionem rapiet ac letho dabit. Ego crimen illi. ferre non possum scelus. Adero repente, proruam fossas cavas Cratesque iaciam. fervido scindam impetu Vallum et replebo cuncta barritu gravi. Quod si decoram spem secundabit polus, Discernet haec bellantibus litem dies. Stat cuncta signa vellere extrema manu. Proinde clausis militem castris tene Et se parare coge furtivo agmini, Ne, cum monebit illa sors serae vicis Statioque vigilum, plastra qua vertit polo Tardus Bootes, iussa remoretur ducis.	460 465 470 475 480 485 490
Se.	Non acris animi haec esse consulta abnuo, Modo comprobarent fata consensu pari.	490
Ar.	Quae fata prohibent?	
Se.	amplius quaeri decet.	
Ar.	Quae fata poscunt? vel quod augurium iubet?	
Se.	caeco nulla Mavorti fides.	
Ar.	Vis magna telis.	
Se.	maiор auspiciis salus.	
Ar.	Jam sacra feci.	

Se.	coepta destruxit deus.	495
Ar.	Mactare mediae iussit aetatis virum Ortuque clarum: invitus hunc hostis dabit.	
Se.	Lacessere hostes, absque pugnaci omine Veniaque divum, mole cum tota agminis, Nunquam iubebo; sed, nisi placeat mora Phoebes adultae, fata praetentes, licet, Pugna duorum ludicra iuvenum. cie Simulacra belli: propior haec vero est via. Procedat hostis captus in medium, simul Civis Cheruscus obvium gressum inferat.	500
	Si Marte civis vincet, in Cattos rapi Omnes maniplos ipse piae cunctis petam. Avum hoc referre Sidonem memini meum, Cum Latia primum pila Cimbrae rumperent Cateiae et altam tangeret Romam metus,	505
	Cum magna nobis spolia concisi darent Carbo, Metellus, Cepio, Manlii phalanx; Hoc isse Suevos signo in adversum Ausona Exempla veteri crebra dant mori fidem, Ludumque ratio certa fatidicum regit.	510
Ar.	Etsi arma Martis facta me minime iuvant, Nec Lollianae stragis hinc ortum est decus Nec Varianae, quicquid et gessi hactenus, Tentare ludum atque obsequi monitis volo.	515

## Chorus &lt;Druidum&gt;

Cho.	Ite, ite, viri, par egregium, Quos aestivis nox una dedit Diversis, sub sidere eodem, Nascique simul iussit in omen; Durati nive fluviique gelu Et confini Martis arena	520
	Necdum Paphia contacti face; Virtutis iam specimen dubio Edite regi. quisque decorus Patriis armis et cervinum Tegmen quatiens cum diductis Alte cornibus aut villosi	525
	Terga bisontis, variet pugnam, Luctaque bello praeludat minor. Ite, ite, viri, par egregium, Conferte gradum, tollite brachia.	530
		535

- Ictus geminet mistis manibus  
 Lethifer ensis. stupeat circus  
 Magno errantes aethere plagas  
 Et purpureos spectet nimbos.  
 Iam signa canunt, surgit clamor. 540  
 Quo victoria verget mobilis  
 Ambiguis et lubrica pennis?  
 Felicem cui tendet ramum,  
 Dis iudicibus?
- Fortem reducit, ecce, Sesithacus gradum  
 Sigimeridesque. vultus haud laeta annuit. 545

## Arminius, Sesithacus, Explorator

- Ar. Occidimus. omen hoc quoque intendit minas.  
 Cattus Cheruscum afflixit et letho dedit.
- Se. Bellator et rex alte, divisorum genus,  
 Adhuc manus conserere decretum est tibi? 550
- Ar. Vexatus animus pendet ac secum ambigit,  
 Conferre malit signa, vel tristi exitu,  
 An continere vallo. in utroque est labor.
- Se. An continere vallo inaccesso est labor?
- Ar. Arcana murum causa suspectum facit. 555
- Se. Effare. forsan parta medicina est malo.
- Ar. Ne civis in me Tenctero gravior ferat  
 Rebellia arma atque occidam turpi nece.
- Se. Quae causa talem, pro dii, iniecit metum?
- Ar. Silere multa cogit iratus pudor. 560
- Se. Adiuro Terram, tuta constare omnia.
- Ar. Pugnare votum est atque pugnando mori.
- Se. Pro Iuppiter, quae monstra turbarunt ducem?  
 Quis istud ausit velle violatum caput?
- Sperare melius de tuis, de te incipe. 565
- Quod si novum molitur Adgandestrius  
 Nefas, in ipsum recidat, efficiam, dolus.  
 Est, est mihi ensis, quem salus stringat tua;  
 Et dextra dextrae socia. do puram fidem  
 Virtute prisca: nemo in Arminii latus  
 Mucrone veniet, me nisi everso prius.
- Ar. Spes ipse mihi sum nec tuam renuo fidem.
- Se. Servet perenne munus hoc nobis pater, 570
- Magnus Tuiston, constet ut genti fides,  
 Sublimis animi socia, regnorum salus; 575

	Terrisque cunctis exul, hic habeat locum. Quod si necesse est exterae Rhenum pati Contagia aurae et Gallicae ripae luem, Pereatque in ortu sitque paucorum scelus.	
Ex.	Dum magna conor impiger iussa exequi, Dum speculator alto castra de monte hostica, Splendore subito paene lux oculis perit. Immodica portis namque successit manus Et cuspidum ardens solibus turmalium Late replevit spatia ferrato agmine. Bis sena credo millia, alas Tencterum, Auxilia belli. plausus insonuit frequens Clamorque castris et truces adeo minae. Pulsi resultant vocibus colles feris. Alacer cucurri, nuntius tristis quidem, Sed non carendus; dumque praecipito fugam, Impacta saxo crura concussi - vides? - Lapsuque fregi. vix traho miserum pedem, Vix corpus aegrum poples ardens sustinet.	580
Ar.	Quid, si medelam ferre bigati queant? En age, levamen vulneris claudi cape Et, visa celans, redde te laetum tuis.	595
Se.	Adeste, Dirae; rumpite aethram desidem, Indignum amicæ gentis ut pereat nefas! Id Tencterorum vulgus, id ductor probat? Nec, Varum ubi sis ultus, in mentem venit?	600
Ar.	Quam nunc saluti, fare, laxamus viam? Aut quo potentem fallimus Cattum dolo? Mora longa clausit paene vincendi locum. Quiesce nocuit; ante iam capti sumus. Sed excitandus spiritus: nondum iacet Arminius ingens. cedo fortunae nihil, Virtute fultus; haec dabit clarum exitum. Praeda una Catti, Tencteri praeda altera. Vtinam et tenerem Flavium, belli facem!	605
	Ecce autem, obortus aereae clangor tubae Hostes iam adesse turbido signo canit. Hoc, hoc probatur auribus carmen meis. Nondum manus conserere decretum est tibi, Sesithace? eamus subito, quo facilis vocat	610
	Bellona nutu. gladius auspicium dabit Solvetque nodos. eia, adeste animis, viri. Sua cuique dextra numen.	
Se.	exitium quoque.	
Ar.	Non opperiri statuo venientes: ruam, Aversa qua dat porta latebrosum locum,	620

	Mediaque silva dirigens aciem instruam Circumque ducam. tu mihi paucos iube Instare vallo, castra qui simulent manu Defensa velle et torqueant hastas leves. Tu Deudorixque, hac ducite effusos equos.	625
Se.	Ego per tenebras nemoris egressus sacri, Inopinus adero et fulmina emittam mea,	
Ar.	Dum trepidat hostis sparsus ac fessus via. Modica phalange deseret tutos locos?	630
	Angusta nescit victor animosus pati.	

## Chorus &lt;Druidum&gt;

Cho.	Qui semel parvam Zephyris et alto Credidit cymbam, fugiens quietis, Seque commisit tabulae natanti Caerulis arvis fideique Glauci, Is sali fraudes sociosque casus Semper expectet. tenebras opacas	635
	Nubium et crebro ruitura iactu Tela, Cyclopum fabricata dextra, Speret. undosi maris aequus iram Perferat, pugnas subeat Notorum Et vaga fundo vice mutet astra.	
	Nec reformidet scopulos et aras, Africi Syrtes Maleaeque cautes, Quicquid et pascit vitreis sub undis Caerulus Proteus bipedumque curru	640
	Lustrat equorum.	645
	Dura sic quisquis levis arma sumsit Et dedit bellis animum et suorum Credidit campo temere et suas spes, Semper hic vates sibi dirus, arctis	
	Rebus occurrat. trepida pericla, Quae dei currum Getici sequuntur, Mente praesumat. tolerare discat Principis coelum moderantis iras	650
	Et citum fulmen, tolerare discat Lanceae plagas Erebique mortes	
	Et famem longam rapidamque pestem Et malae morsus stimulosque mentis, Quicquid et Pluto generat sinistri.	655
	Per diem commissa, faces, cruroes Spectet in somnis animasque maestas	660

Et reposcentes sibi dona lucis;  
 Aut emat cura vigili furorem.  
 Det suas gazas aliasque ponto.  
 Semper incertus fluitet timensque; 665  
 Nunc dolo densave acie repressum  
 Exuet castris abigetque praedas  
 Hostis. incautum petet execrandus  
 Proditor. iactata relinquet arma  
 Miles aut dextra capiet rebelli.  
 Praelium saevum leget ossa vivo. 670  
 In nigros sident cineres amici.  
 Quod manu vis denique multa cepit,  
 Id manu perdet, labor et redibit  
 Actus in orbem. 675  
 Nec fidem servat Galatea blanda  
 Nec Venus Martis. faciem subinde  
 Auream mutabit et haec et illa.  
 Tethys effundit latices amaros,  
 Bella rumores pariunt amaros. 680  
 Nereus Cauros, animos Enyo  
 Suscitat ventosaque corda tollit.  
 Cladibus longe tragicis minantur  
 Et maris vasti silices et arces.  
 Naufragae cymbae pelago tumente, 685  
 Naufragae classes pelago silente.  
 Quisquis immoto solidoque saxo  
 Stare Fortunam sibi blandientem  
 Optat, insano neque passa credat  
 Vela Neptuno neque tela Marti. 690  
 Femina quavis levior fides est  
 Spumei Phorci, patris et Gradivi.  
 Ridet alternis studiis uterque,  
 Luget uterque.

## Actus quartus

Nuntius, Chorus <Druidum>

Nu.	Peracta pugna est; non tamen bellum occidit. Quantum, hei, cruoris sorbuit tempus breve!	695
Cho.	Quis victor abiit? quis manus impar dedit?	
Nu.	Non ipse Mavors explicit. morem suum Fortuna tenuit mobilis. primus labor Nostris profecto partibus laudem tulit.	700
	E nemore curvo namque, quod castro accubat, Oriens repente et hostium incurrens latus Arminius heros, improbam stragem dedit Validaque cornu discidit laevum manu, Fruticum reclivi terga defensus iugo.	
	Iam territorum cooperat fuga volvitur Per aperta campi, cadere iam multi metu, Iam per caducos totus Arminius sequi. Direpta signa, Martius forma lupus	705
	Rursumque mox asserta Cimberii manu. Videns suorum celsus e carris fugam Grex feminarum, voce terrificula procul Increpuit - ardet maxime Ramis - viros: 'Quo fugitis autem? quove nos cursus petit?	
	Numquid latebras, unde sub lucem editi Reptastis, iterum quaeritis stulto metu? Sic et maritas tegitis et sobolem, viri? Quin hinc repressum tollitis propere gradum	710
	In pugnam, ad aequa Martis acris munia; Aut hostis aciem nostra monstrabit manus.'	
	Hoc verberatos fulmine intravit pudor. Simul igne celeri rapidus Adgandestrius Spiransque saevas ore Gorgoneo minas, Explicuit alam Tenciterum lato ordine.	720
	Haud tarda circumfudit effreno impetu Cuneos Cheruscos, inclyto Luppo duce. Hunc defluentem Vahalis antiqui satu, Cui clarus hospes, ut ferunt, Ithacus fuit,	
	Chaucus vehebat candidis maculis equus.	725
	Virgata lucet bracca, virgatum croco Auroque sagulum, fibula nexum aurea; Praesignis ursae rictus includit caput. Conversa subito praelii facies. ruunt	
		730

	Catti refecti, quicquid et Cattis fuga Fedusque iunxit. caedimur septi undique Armis coruscis; utque, cum sepem patens In cornua urus, Caesiae silvae incola, Aut arte magica versus irrumpit lupus, Puerile miscet agmen et laniat Chao, Sic Sueva signa turbat Adgandestrius Spissatque caedes, sic calet rabie effera Mattiacus ensis. occupant primi ducum, Melibocus ingens Vanniusque ingentior Et voce grandi Pulio et torvus Safrax, Istaevone hic demissus, ille Ingaevone. Flavi decoro verticis nodo eminens Anglus Suëvus, dum micans saltu canit, Per inguinum munimen exceptat veru. Siguloque Cryptorixque, Saxoniae Gigas, Suardoque et ipse Reccus in nubem arduus Et, prima luctus causa, Sesithacus iacet.	735
Cho.	Iniqa vero pugna! Sesithacus iacet, Cultor deorum? cui parem aeterna fide Nunquam vetusti dia gens Manni tult. Quis sanguine eius impias sparsit manus?	740
Nu.	Haud otiosus tamen inultusque excidit. Nam vulnera inter, inter et caedes equum, Postquam bis aciem movit alarem loco, Varias ut alces ursus Hercynius fugat; Postquam Vibiscum gente cum tota eruit Strinxitque nodo lanceae excusso Marum, Per colla prono saucus Luppi impetu Residet. neque ista corde mansueto tult Arminius audax; sed, velut Poenus leo, Quem tela densa quemque venantum premit Corona voce, impavidus arrectam iubam Excussit ac ter vel quater pepulit solum Pollente cauda, bella tum demum movet, Sic caput et arma clausus Arminii furor Quatiens humumque territam pulsans pede Et subdit hastam brachio et vi turbinis Volat, ecce. cuncti mente conversi stupent. Vna duos percurrit immensus sparus,	745
	Vt dorsum inumbrans alter alterius situ Pressit, Chamavos, crine votivo horridos; Pluresque clypeus impulit. facta via Prosequitur acer: arma perfringit globo, Suique faciem purpura tabi oblitus, Ne nosceretur, fulminis rapitur modo	750
		755
		760
		765
		770
		775

Sternitque ad ipsa castra per medios iter; Atque hic repente praelio figens pedem, Convertit agmen, libero tergo acrior Castrisque fidens. deiicit crebra aggere Caecos in hostes gesa castrensis manus Virisque paene saevior matrum fides.	780
Sternit furore captus Arminius Bolum Arpumque niveum; ferrea framea Bolum, Arpum ense lato, ense Richomerem ducem, Semana silva quem tulit pestem feris, Pado satore. pendet huic bifidum caput Vtrumque in armum. profuit galeae mora	785
Fulgensque tunicae et ferrei retis rigor, Ne totus aequas iret in partes, levis Vt, ecce, Nuitho. plurimos ense immolat, Quem fulminante Luna demisit polo.	790
Luppum, sonipede cum suo, flictu unico Iuxtaque lentum saevus Vrcisinum tulit; Nec te colonis sospitem Cattis refert, Dilecta Ganna, Flavii informis socer	795
Acrumere. nudum chalybe divisus genu, Perone rupto, sternis attonitos agros. Victrice dextra spiritus, torquis sacer, Bullae et catena baltei rapta aurea.	800
Primi volucres Tencteri vertunt equos, Ductore caeso; cuncta quos sequitur mora, Tendente frustra supplices Catto manus.	805
Nemo Cherusci ferre iam vultum igneum, Non ipse Rando, non Vodomarius minax Et corde multum patrii Tauni gerens;	
Nec victor audet terga palantum sequi,	810
Casum dolosve pectore experto verens Fractusque nimium. sic cruenta denique Palma potiti, nempe pro victis sumus.	

## Segovistus, Segimundus

Sego. Ignes, tonitrua, turbines coelo ruant, Trifidumque nube fulmen elisa excidat.	815
Adverte terris numen, infensem malis Scelerumque vindex, astra qui mundi rotas.	
Expelle tandem noxium vivis caput, Quo patria vivat innocens. abole virum, Cuius malignum pectus et regno tumens	820

	Ad limen Erebi Teutonos omnes trahit. Qui turbulentus, pervicax, asper dolis, Dum tendit uno cuncta complecti iugo Patriosque pagos Marte civili exedit, Praecurrit ipsos impio fastu Ausonas.	825
	Quis vidi unquam praelium - stupeo aestimans -, Haec quale, gravior seculo, excivit dies? Lusere, ad iram hanc, Marte Romulidae suo. Millia novena - facile nam signat cohors	
	Relicta numerum -, pubis Alemanna decus Lectumque robur, paene momento cadunt.	830
	Cadunt ad instar montium aërii duces Scutisque forti pectore incumbunt suis: Safrax, Suärdo, Vangio tuque, optime Litavice, Chryxi versibus dicti nepos.	
	Quid plura? secto capite Sesithacus iacet. Tot fulcra patriae totque domitores virum Quae causa rapuit? cuius armavit furor? Quid ergo? semper turpe servitium ferent	835
	Acres Cherusci? semper excidii metum? Eademque subigent ferre populares suos? Vt rex vocari solus Arminius queat,	
	Nos, odia terrae, quippe patiamur rapi, Quod astra genti quodque maiorum manus	
	Cruore proprio peperit? aut princeps ego	840
	Teutiscus haud sum, solvet aut poenas latro.	
Segi.	Ego me meosque semper Arminium deum Habuisse, dum nos ipse non habuit feras, Nunquam negabo; merita nec clara abnuam. Sed haec refellit ipse deformi exitu,	
	Secum perire cuncta qui liquido studet.	850
	Vel haec cruenta pugna quot culpas tegit? Primo haud aperuit hostium accessum prius,	
	Quam castra possent missili telo assequi. Tum tot repellens omina, invitatis deis	
	Certamen ausus, fomitem cladi dedit.	855
	Cum nos tueri septa castrorum ardua Pulcre valerent et malum ferre hostibus,	
	Eduxit aciem atque obtulit temere neci Longe minorem. flendus in primis eques:	
	Nec saltibus se tenuit ac tutis iugis;	860
	Aperta quatiens, praebuit nudum latus. Sed nec regressos institit ferro sequi	
	Finemque bello victor ambiguo addere.	
	Hosti pepercit, nos ut exitio daret,	865

	Nisi friget adeo pectus obtusum viri Moresque posuit, regere queis acies solet.	
Sego.	Non dubia rerum ratio vindictam exigit; Sed, quo petatur tramite, incertus feror.	
Segi.	Quod Inguiomerus fecit, illustris senex; Qui ferre iuvenis scita patruelis negans, Ad Marcomanni transiit burgum ducis. Id nos sequamur: consulat decori fuga.	870
Sego.	At cui senilis profuit patrui fuga? Ego obsequenda numinum iussa arbitror. Scis imperasse in nemore consultum deum, Vt propter aram iuvenis occumbat sibi, Qui lustra septem volverit, stirpe inclytus. Arminius ille est, quem petunt oracula Per tanta monstra nec frui noxis sinunt.	875
	Hic lustra septem volvit, hic stirpe inclytus, Celso Sigimero natus et Luna aurea. Quod tunc iubente fas erat recipi deo, Id nostra pietas exequi nunc iam paret.	
Segi.	Est, est profecto certa mundi mobilis Iustitia rectrix et favens patriae deus. Accedo fatis: iubeo, praecipias opus, Etsi propinquum, principem, natum dea Opponere Orco iura consueta haud sinunt.	880
	Sed ante firmet pignus alternum fidem, Noster, soluta fronte qui saliat, crux.	
Sego.	Idem ex eodem patre nos sanguis sumus Eademque utrique mens, amor, fedus, salus. Sed quando cautum more vis signum aspici, Descendat icta fronte vitalis liquor.	890
	Sociemus, agedum, publicis animas notis. Et da crux, frater, et rursus cape.	
Segi.	Si, quam sacravi, deserbo prudens fidem Nec curo fundi sanguinem Arminii ducis, Hic ensis omnem sanguinem accipiat meum,	895
	Vltor nefastae fraudis, ac morte expiet.	
Sego.	Et nostra, Belene, vota si franget dolus, Si non eundem, qua via dabitur, ducem Remitto ad orcum, vel sacerdotis manu, Cum sanguine isto cumque Lenaeano addito	900
	Aconita Ponti perfidae fauces bibant, Locoque regis, quem pyrae voveo, ardeam.	
Segi.	Pergamus et cum Druide iungamus gradum. Sed ecce, votis obvenit dextro omne Sanctus futuri doctor, interpres deum.	905
		910

## Segovistus, Segimundus, Sacerdos

- Sa. Ad vos ago me trepidus, unanimes viri,  
 Quos alto Amazon Campsa Meloni creat  
 Avunculoque innectit Arminio. venit,  
 Venit - astra testor - hora fatalis mihi,  
 Ni concidentem sustinent vestrae preces. 915  
 Quod rex minatus sit modo insonti necem,  
 Audistis; et vos ussit haud dubius dolor.  
 Id nunc, patrato praelio adversis deis,  
 Dum castra circum civicus stagnat crux  
 Audaxque cuncti velites factum notant, 920  
 Efficiet ardens meque demittet Stygi.  
 Violata per me iussa clamabit deum  
 Iraeque populi victima antistes cadet.  
 Quod vos per ipsa sacra Mercurii precor  
 Tuistonisque numen et clavam Herculis, 925  
 A quo ferentur Austrii quondam Duces;  
 Eripite miserum. nota me virtus levet  
 Pictique longo umbraculo scuti tegat,  
 Ne tristiora damna Teutisci ferant.
- Sego. Si, caste vates, persequi munus tuum  
 Velis, quod horres, ultro id Arminio inferas. 930
- Sa. Furisne? quonam possit hoc peragi modo?  
 Sego. Rogas? et illud corde responsum excidit  
 Dei, imperantis victimae humanae sacrum,  
 Quae lustra septem compleat, stirpe inclyta?  
 Arminius hic est, quem dii caesum volunt: 935  
 Hic lustra septem solus e cunctis agit;  
 Neque enim severus hostiam pinguem magis  
 Optarit aether quam tyranni sanguinem.  
 Quod te latere miror, Hermeti intimum.
- Sa. Non exequi vi cuncta, quae scimus, licet.  
 Segi. Quem metuis? ipsa causa cui sociat deos  
 Populumque totum, maxime nostras manus  
 Proinde, Phoebus reduce cum primum face  
 Lustrabit orbem, cum tibi signum dabunt 945  
 Avaria cantu, protinus populum voca  
 Legemque superum, quemque demonstrent, doce.  
 Primi sequemur dicta consensu gravi  
 Et immolandum voce sistemus ducem.  
 Nil agile vulgus, ut superstitione, movet. 950  
 Hoc icta thyrsi corda nec servant fidem  
 Nec fas sacratum; durat in caedes amor.  
 Primi igne gaudet filii Syrius parens,

Mittuntque Locri Palladi gnatas suas. Quo magis, aperta iussa cum coeli scient, Cuncti sequentur nos duces, fessi malis, Armisque cogent arma nudantem impia. Tantum pavere desinas, sociae memor Opis, atque dextra des et accipias fidem.	955
Sa. Non differenda voce prudenti iubes.	960

## Chorus &lt;Druidum&gt;

Cho. Quod visum semel est diis, Mundi frena moventibus, Id nullis hominum dolis, Nulla vi reprimi potest. Non enses neque cassidum Alas et fera cornua Nec portas adamantinas Aulae Tartareae timet Virtus ignea coelitum Et poenae stabilis rigor.	965
Ipsa praemoniti fuga Occurrunt homines suo Fato. tunc animis hebet Excelsis acies sagax, Et caeco subeunt gradu Infaustae tenebrae Stygis.	970
At vis ingenii nocet Vtendo. latebras equi Troiani timuit vafer Frusta Laocoön. levem Hastam misit in arduum Et bello gravidum ferum.	975
Responsat fremitu truci Laesus vulnere quadrupes, Et fornix uteri tremit; Haeret cornus in ilibus. Ast intus refugi pavent	980
Ductores Danaum, simul Omnes arma movent metu. Ex ipso poterant sono Nosci Myrmidonum doli. Obstant fata vocantia.	985
Ponti fluctibus exciti Bini se colubri ferunt	990

Et magnis medium ligant 995  
Spiris sacriferum senem,  
Partu cum gemino tori.  
Nec fato minus ultimo  
Captum concidit Ilion,  
Et vastus cinis obruit  
Noxaea dedita Pergama.  
Non artes Priami senis  
Aut vis Hectoreae manus  
Iuvit. qui timuit nihil,  
Fatorum timeat minas;  
Et tranquilla lacessere  
Culpis abstineat memor.  
Is solus fugiet malum,  
Qui nulli dederit malum. 1000  
1005

## Actus quintus

Christianus, Arminius, Servus

Chr.	Quod dura fugi vincla, quod fugi necem Inusitatam, barbaram, foedam, impiam, Busiridisque et Tauricae dignam sacris, Primas referre fas iubet grates Deo Regique Christo; proximas solvo tibi, Insignis heros, cuius auspicio inclyto Romana soli iussa Germani abnuunt, Sic corde meriti casto et ingenua fide. Prorsusque credo, Teutonas Romae aemulos Et iam priores, sineret armorum genus, Rerum caput Christique sacrificolas fore. Iam perditum me tu redonasti mihi; Nec, quod rependat, exulis pietas habet, Quam te vicissim reddat ut monitu tibi.	1010
Ar.	Proloquere, tanti si tuos monitus putas.	
Chr.	Furens sacerdos, hei, tuo exitio imminet, Magnanime ductor, teque mactatum cupit.	1025
Ar.	Habesne liquida mente compertum scelus?	
Chr.	His ipse doctus auribus praesto fidem. Nam cum Tonantem affarer in tentorio, Pro te, pater, Rhenoque concipiens preces,	1030
	A Druide vox haec orta vicino meas Pulsavit aures: ‘heus, simul coelum croco Aurora pinget, quicquid ad sacrum facit Solenne, magnum, strenuus cura, puer; Et iussa serva cum fide.’ quaerit puer: ‘Ecuae parantur sacra?’ subiecit senex:	1035
	‘Arminius altis ipse mactandus diis: Sic fata sancta, sic iubet populi salus. Arcana sed tu proferas usquam, cave.’	
	Haec augurali dicta sacrificus iacit.	1040
Ar.	Nefanda dicta. pro scelus! vitam meam Petit sacerdos, quam cupid salvam exterterus; Me - rumor oestro -, me iubet populi salus - Sed quid resisto voce, cum ferrum geram? Percurre, famule, noxiun multa caput.	1045
	Altis sacerdos ipse mactandus diis. At tu, fidele pectus, o iuvenum decus, Torquem hunc amoris mutui pignus cape.	

	Hunc Pannorum rex aureum collo dedit, Pendente gemma, Danubi lectum alveo.	1050
Chr.	Officia nimiis alligas donis mea.	
Ar.	Apposce porro, quod tibi prosit dari; Nam vita semper sit licet vivil mihi, Tamen probatam maximi duco fidem.	
Chr.	Faciam: rogabo, quod mihi prosit dari Pretia ante cuncta; non minus vero tibi. Absolve sanctum munus, excelse Armini: Horrifica gentis penitus eiura sacra, Cum vate merso. sperne larvales deos Graiasque quercus amove arasque Axenas	1055
	Et frena Christi mente prostrata accipe; Quem fudit alto pectore aeternus pater Misitque ab astris, hominis ut faciem gerens.	1060
Ar.	Non audiendi tempus indulget locum. Sed te ista fari crastina nocte et data Sperare volumus digna Theseia fide. Nunc cum ministris ad dapes ibis meis.	1065
Chr.	Differre multis nocuit inceptum pium.	
Serv.	Quas irrogasti praesuli, poenas dedit In abdito; non adfuit facto arbiter. Iacet cruenta pallidum os herba soli: Adhuc sitire sanguinem dulcem putes. I nunc, ab alto victimas solio pete, Sceleste, et ipsum devove regno caput.	1070
	Aliis canebas fata: properarunt tibi.	1075
Ar.	Condatur, ustus debitis lignis, humo.	

## Arminius, Nuntius

Nu.	Pro facinus! omnis cura sacrorum periit.	
Ar.	Exprome, quid sit, quod tibi incutiat metum.	
Nu.	Princeps minister numinum caesus iacet.	
	Sidus sophorum, patriae Calchas obit.	1080
Ar.	Audita solum, an hausta luminibus refers?	
Nu.	Et ipse vidi et maximus circa globus. Adhuc cruoris flumen effundunt nigrum,	
	Laevae papillae qua rubor sese exserit,	
	Crates solatae pectoris. palmus fere est	
	Mensura tetro vulneri; nec minus hians	
	Os captat auras. sensuum lapsus vigor,	1085
	Candensque vittae et linei saguli decus	
	Distinguitur iam caede; nec constat satis,	

	Nix ea ruborem accendat an nivem rubor; Eademque crine serpit et barba lues. Aspersa cuncta, alae tabernacli quoque. Et, quod tremendum, corvus immanis sedens Ferale carmen culmine ab summo crepat; Flamma ardet oculis. Taenaro missum putes.	1090
Ar.	Quis caedis auctor, ut, quod inflxit, ferat?	1095
Nu.	Nescitur. alii mente suspectant virum, Quem Christiani nomen infame arguit. Eversor aliis idem et eversus; nocens, Sacrata quoniam cuspis haud longe iacet.	1100
	Vatis minister, quippe non aderat neci, Tua peremptum dextera aut iussu putat.	
Ar.	Quid, si minister orat hic causam suam? Mihi discet equidem per scelus tribui scelus.	1105
Nu.	Iudicia certant. optimi sontem ferunt, Pars immerentem, pars, utut fiat nocens, Haud iure caesum, iura cum lethi regat Solus sacerdos. quisque sic aliquid sapit, Omnes nihil; sed, sicut in nocte horrida, Cum fertur actis coetus Isiacus sacris	1110
	Aut Ariorum cum agmen infectum pice Velut ex Averno funebres pugnas init, Diversi oberrant, pars et incurruunt sibi Frontesque laedunt, sic vagantur dissona Arbitria vulgi, sic in incertum ruunt.	
	Plures loquaces esse, quam muti, volunt.	1115
Ar.	Vbi summa rerum principi cessit bono, Huius bilanci cuncta transscribi decet.	

## Arminius, Segovistus, Segimundus

Sego.	Parata meritae quando vindictae omnia, Quae tempus et quae ratio consilii tulit, Nunc offeramus nos in aspectum Lyco, Vt inter epulas det locum Alcidae suo.	1120
Segi.	Magno, tyranne, stabit hoc ausum tibi, Caesus sacrorum rex. doli hoc unum nefas Si sustineres, dandus ad mortem fores. Nec Christianum, prima qui labes mali, Sinam evolare laetum et immunem mali. Sed ecce, graditur saeva Teutoniae lues, Ostiaque Ditis cardinem ex voto movent. Procede, Luctus, Terror, implacidi Doli.	1125
		1130

- Ar. Labore fessus, turbida mente inquies,  
 Illum cibis, hanc melle sermonum apparo  
 Solari. adeste, fulcra regnantis domus,  
 Iuvenes et ortu et caerulis armis pares.  
 Geniale mecum obite sic comti sacrum,  
 Exiguo in orbe et pelle substrata lupi.  
 Quondam vocare plurimos suetus duces  
 Ad sacra mensae, nunc duos orbus voco;  
 Duas ovantis luxus ad mensas redit. 1135
- Sego. Hanc vastitatem miles assignat tibi. 1140
- Ar. Vellem dedissent, qui tulerunt, vulnera.
- Segi. An ulla tangit culpa tam fortes viros?
- Ar. Da, famule, cornu, Cereris incociae rubens  
 Liquore amaro et nobili spuma arduum,  
 Gentile honoris pignus et sanctum mihi; 1145  
 Quod lucta ademit ipse silvestri bovi  
 Arabarius avus et manu fractum tulit  
 Orasque laevi circulo argenti induit,  
 Hoc me salutem velle libando ordinum,  
 Segimunde, testor ac tibi tradi impero. 1150
- Gaudere fas sit laurea, attonna licet;  
 Vel propter hoc, quod fortibus tanto stetit.
- Sego. Damnum tulisse et pessimis ducibus dolet.
- Ar. Damnum, quod hodie passa militia est mea,  
 Priora pensant lucra. si summam putas, 1155  
 Nihil revulsum corpore accredas suo.  
 Periere multi, ne fame aut fluctu hostium  
 Omnes perirent, pro quibus vitam obtuli.  
 Genitor Tuiston prime, Segimere ultime,  
 Qui clarus orbem proximum Lunae tenes, 1160  
 Et Luna mater, hoc mihi proprium date,  
 Ne victus unquam lugubri bello ferar.
- Segi. Vnum precamur, Tencteros ne quo fugae  
 Pudore adactos impetus referat celer.  
 Sugunt frequentes sauciis rimas viris  
 Nostrae maritae; in arduos omnis cadit  
 Abies equum virumque et armorum rogos,  
 Rarusque vacuis errat in castris pedes. 1165
- Ar. Arcete vanum corde sollicito metum.  
 Poterit fugari saepe, qui potuit semel;  
 Nec transvolabit Pegaso valli moras. 1170  
 Ad hoc, venire plura non tardo agmine  
 Subsidia cernes. Semnonum florem legam,  
 Sociata Chaucus arma Verritus dabit.  
 Immensa patriae spatia, fecundi lares,  
 Qua Rhenus ambit quaque Codanus sinus 1175

- Et magnus Ister aut Hyperboreum salum.  
 Hos, o propinqui, spes habet fines mea.  
 Sed unde vos tam laeva tristitia asperat?  
 Litate Genio, reddite exemplum ducis. 1180  
 Age, evocentur daedali Bardi, inclyta  
 Qui facta voce et consonis iterant lyris.  
 Hi mox in astra nomen Arminii ferent  
 Modisque laudes gravibus implebunt meas.  
 Dum se orbis in se volvet ac Lunae vices 1185  
 Avunculus supplebit, in mundo canar  
 Stimulusque laudum posthumis seclis ero.  
 Sed hanc remitti Cynthio curam addecet.  
 Nunc, pace vestra, me fero paullum foras.  
 Sego. Exit, Lyaeo corpus oneroso ut levet. 1190  
 Hilaresce, frater: ultio ex voto venit.  
 Sed oculamus ausa facundo dolo.  
 Rex ubi moratur? clamor has aures ferit.  
 Quis hic tumultus atque concursus? fremunt  
 Ducem peremptum. hei, cuius aspicio scelus? 1195  
 Quis tanta potuit? laminam nosco sacram  
 Lustralis ensis. quippe potuerunt dii,  
 Dii intulerunt has subito poenas viro.  
 Pepigisse certe nostis hoc Maia satum,  
 Imperia cuius mundus observat triplex, 1200  
 Ut merito honore iuvenis occumbat sibi,  
 Qui lustra septem volverit, stirpe inclytus.  
 Sic tanta posse Teutonum redimi mala.  
 Arminius hic est, quem sacrae ambages notant.  
 Hic lustra septem volvit, hic stirpe inclytus. 1205  
 Hoc et propinqui scimus, et callens latro  
 Deum removit nuntium indigna nece.  
 Ergo luit iam facta coelestum manu,  
 Dum nostra pavitat. ergo pro populo cadit,  
 Cui populus ante, ac liberum discit pati. 1210  
 Vestrum hoc, amici patriae indigites, opus.  
 Adeste porro. vos sacrum, famuli, Stygi  
 Celate corpus, dum refert Titan iubar.

## Segovistus, Servus

- Serv. Quae dona reddis? ense - vidisti? - iacet  
Lunigena caesus, dum procul serva manu  
Tacenda peragit. ordinem facti eloquar. 1215
- Sego. Absconde furtum, tolle conspectum necis.  
Si quas supremas edidit voces, refer.
- Serv. Indigna fudit gente et ingenio suo;  
Tamen ipsa tota verba collapsi efferam:  
'Quid hoc, scelest? sic', ait, 'tergum petis?  
Vulnusque figis et duci et bello gravi?  
Et, iurgio acto, famulus hoc audet tuus,  
Segoviste? nec me surda tutatur fides?  
O venditores patriae et agnati ducis!  
Ergo inter hostes tutior vixi efferos,  
Quam vallo et epulo, quam propinquorum in sinu?  
Quos ego ... recusat obsequi corpus grave.  
Inultus ergo moriar? et famuli manu?  
Et ipsa dextra iam mihi fallet fidem,  
Opima quae tot ducibus excisis tulit?  
Manus mea haec est? abeo, quo fatum rapit  
Livorque, et ingens umbra campos occupo,  
Quos ordo veterum similis heroum colit. 1225
- Iam te, Cherusce, cerno, iam Marsi iubas  
Gambriviumque teque Vandalium patrem.  
Vel sic mori sustineo nec quicquam queror.  
Gaudete, fratres perfidi: Arminius fuit.  
Tropaea ponite ardua. haud multum tamen  
Dolo hoc parastis; liberam patriam et tamen 1235
- Non liberam, pacemque nec pacem tamen.  
Desiderabor, iam licet spretus cadam.'

Finis

## Hinweise zur Textgestaltung

Zugrunde liegt die Erstausgabe von 1678 mit folgender 'Nota' des Dichters nach dem 'Argumentum': „Si quid in hoc dramate a ratione temporis nonnihil alienum videbitur, eodem iure aestimabis, Lector Benevole, quo Virgilius Aeneam ac Didonem, praelongo temporis intervallo distantes, carmine coniunxit. nam poetae - ut iactantius, id est poetice, dicam - rerum temporumque domini, trahunt consiliis cuncta, non sequuntur.“

Der Druck ist seit 2007 im Internet zugänglich als Unica Project, University of Illinois ([http://libsysdigi.library.uiuc.edu/ilharvest/Unica/Books2008-03/prasjo0001arm/Neo-Latin%20Plays%20832%20P887OA/prasjo0001arm\\_highres.pdf](http://libsysdigi.library.uiuc.edu/ilharvest/Unica/Books2008-03/prasjo0001arm/Neo-Latin%20Plays%20832%20P887OA/prasjo0001arm_highres.pdf)).

Die orthographischen Eigenheiten des Originals wurden nach Möglichkeit beachtet. Orthographie und Interpunktions wurden jedoch überarbeitet und vereinheitlicht. So wurde stets gedruckt *i* für *j*, *v* für konsonantisches *u*, *u/V* für vokalisches *u/U* sowie *causa* statt *caussa* (240, 279, 371, 468, 555, 559, 751, 838, 942, 1103), *religio* für *relligio* (453, 458). Klein geschrieben wurde *1 numen*, 174 *numinis*, 886 *deus*. Beibehalten wurde *Terra* neben *terra*, groß belassen *Deo/Deum* (371, 387, 1013). Das Darstellerverzeichnis wurde ergänzt, ebenso der Zusatz *Druidum* bei den weiteren Auftritten des Chores nach dem 1. Akt. Die Reihenfolge der Sprecher vor den Szenen wurde dem Auftritt nach einheitlich geordnet (statt vor 273 *SAO*, 911 *SaSegoSegi*, 1077 *NA*, 1119 *SegoSegiA*, 1214 *ServSego*).

- 57    *aevi* statt *aeni*
- 206    *qui* statt *qu*
- 692    *patris* statt *paris*
- 747    *Süesus* statt *Süevus*
- 846    *Teutiscus* statt *Teutisc9*
- 1162    Et als Fortsetzungshinweis am Seitenende passt nicht zum folgenden Seitenanfang; die Seitenzählung 53/54 ist aber korrekt.
- 1222    evtl. *grave* statt *gravi*; vgl. jedoch Sil.10,404 *gravis ... bello*
- 1228    *ego ...* statt *ego.*

'Komma' gestrichen vor *et*, *atque*, *-que*, *neque*, *nec*, *aut*, *vel*, *-ve*, *an*, *quam* u.ä.: 7, 9, 13, 19, 21, 22, 31, 33, 37, 41, 41, 43, 47, 48, 49, 55, 56, 58, 59, 69, 79, 80, 83, 84, 85, 99, 101, 103, 108, 114, 121, 123, 133, 138, 141, 145, 169, 174, 177, 179, 180, 185, 187, 190, 204, 206, 208, 221, 231, 241, 245, 250, 255, 258, 266, 269, 281, 283, 302, 315, 318, 325, 329, 338, 342, 355, 358, 359, 360, 371, 377, 397, 398, 399, 401, 403, 407, 413, 414, 419, 423, 433, 444, 444, 451, 455, 462, 476, 478, 480, 484, 486, 496, 510, 517, 519, 524, 529, 531, 545, 548, 551, 558, 562, 578, 579, 583, 588, 596, 616, 621, 624, 627, 634, 637, 640, 643, 645, 647, 648, 654, 656, 656, 657, 657, 661, 661, 667, 670, 676, 682, 684, 690, 703, 709, 717, 722, 739, 740, 743, 743, 744, 749, 750, 750, 760, 765, 767, 770, 770, 771, 782, 784, 786, 791, 796, 808, 811, 816, 823, 832, 834, 837, 844, 858, 863, 866, 880, 882, 886, 892, 898, 905, 908, 912, 919, 921, 924, 925, 927, 939, 942, 946, 948, 951, 965, 966, 969, 994, 1002, 1013, 1017, 1018, 1059, 1060, 1062, 1065, 1082, 1090, 1110, 1113, 1144, 1145, 1147, 1147, 1150, 1176, 1176, 1177, 1183, 1185, 1186, 1222, 1225, 1235, 1237, 1240, 1241

'Komma' gestrichen nach: 10 *bibens*, 14 *equo*, 40 *agens*, 114 *polo*, 193 *novum*, 202 *merent*, 214 *tuae*, 303 *Lemnio*, 452 *reddere*, 565 *te*, 583 *portis*, 755 *eius*, 762 *impetu*, 814 *turbines*, 1053 *sit*, 1053 *licet*

'Komma' ergänzt: 99 *et*, 112 *sic*, 206, 239, 282, 302, 318, 387, 520/534 *ite*, *virii*, 545, 545, 567 *recidat*, 567 *efficiam*, 595, 597 *et*, 598, 613, 625, 640, 696, 696, 717, 772, 794 *ut*, 794 *ecce*, 798, 826, 830, 834 *tuque*, 887 *iubeo*, 896, 896, 947 *demonstrent*, 1025 *sacerdos*, 1025 *hei*, 1043, 1103, 1130 *procede*, 1195

'Komma' statt 'Punkt': 92, 183, 222, 260, 376, 378 *molles*, 655, 777, 865, 887 *opus*, 1087, 1135, 1144, 1148, 1173

'Komma' statt 'Doppelpunkt': 23, 39, 115, 170, 208, 210, 211, 223, 237, 323, 341, 342, 358, 402, 406, 408, 410 *impudens*, 412, 415, 447, 471, 478, 485, 489, 504, 514, 532, 593, 634, 649, 679, 685, 707, 707, 730, 739, 768, 768, 899, 914, 928, 931 *velis*, 956, 974, 984, 988, 1012, 1114, 1167, 1180, 1200

'Komma' statt 'Strichpunkt': 9, 16, 123, 129, 197, 383 *adversa*, 474 *vocans*, 510, 518 *hactenus*, 578, 689, 761, 904 *manu*, 1030 *preces*, 1107, 1112, 1120, 1241

'Komma' statt 'Fragezeichen': 38, 1096 *auctor*

'Komma' statt 'Klammer': 328, 328, 466, 466, 1101, 1101

'Punkt' gestrichen: 779 *modo*

'Punkt' ergänzt: 328, 331, 561

'Punkt' statt 'Doppelpunkt': 66, 221, 235, 556, 607, 677, 849, 927, 1238

'Punkt' statt 'Strichpunkt': 872

'Punkt' statt 'Komma': 233

'Strichpunkt' ergänzt: 71, 1042

'Strichpunkt' statt 'Punkt': 108, 233, 249, 591, 731, 736, 780, 797, 809, 937, 985, 1021, 1061, 1086, 1090

'Strichpunkt' statt 'Doppelpunkt': 27, 36, 44, 57, 61, 66, 70, 103, 111, 144, 152, 157, 165, 172, 177, 189, 216, 247, 276, 282, 368, 384, 438, 470, 500, 523, 575, 605, 608, 662, 665, 695, 719, 764, 775, 805, 849, 861, 868, 917, 952, 1014, 1034, 1070, 1089, 1094, 1109, 1138, 1145, 1166, 1219

'Strichpunkt' statt 'Komma': 568, 598, 1052

'Doppelpunkt' gestrichen: 525 *arena*, 572 *sum*, 922 *deum*, 1060 *Axenas*

'Doppelpunkt' statt 'Punkt': 526, 713, 860, 1220

'Doppelpunkt' statt 'Komma': 289 *prime*

'Fragezeichen' ergänzt: 550

'Fragezeichen' statt 'Punkt': 42, 1096

'Ausrufezeichen' statt 'Punkt': 231

'Anführungszeichen' ergänzt: 714ff., 1032ff., 1221ff.

'Gedankenstrich' ergänzt: 1043 *salus*

'Gedankenstriche' statt 'Klammern': 242, 250f., 260f., 377f., 387, 432, 592, 713, 826, 829f., 914, 1043, 1214